DE PRAECIPUIS CONDITIONIBUS AD REGIONUM SALUBRITATEM...

Ermes Menini

DE PRAECIPUIS CONDITIONIBUS

AD REGIONUM SALUBRITATEM CONDUCENTIBUS

Dissertatio

QUAM

PRO LAUREA MEDICA ASSEQUENDA

IN AULA ARCHYGYMNASII PATAVINI

DICEBAT

DOMINICUS MENINI

FOROJULIENSIS

PATAVII

TYPIS PENADA

1839.

A

GIOVANNI DOMENICO MENINI

ED

ANGELO PIZZATI

DOLCISSIMI AL CUOR MIO

CHE

L'UNO ALLA VITA ALLA FELICITÀ L'ALTRO

MI DONASTE

QUESTO TENUE FRUTTO DEI MIEI STUDII

QUASI ARRA DI GRATITUDINE E DI AMORE

CHE

NELL'INGENUITÀ E NELL'EFFUSIONE

DELLA GIOJA LA PIU' BEANTE

VI CONSACRO

ACCETTATE.

Salus populi suprema lex.

Si populorum ac Imperii felicitas cum physica singulorum individuorum sanitate arctissimo nodo conjungitur, ac si bona societatis conditio a causarum multiplicitate hominum potestati subjacentium dependet, summis laudibus efferendus is erit, qui omne studium in eo collocabit, ut causas malorum diligentissime investigando, opportuna aegrae humanitati remedia comparare valuerit. Praeterea si morborum cura Medicum respicit, et si, ex praestantiarum auctorum sententia, et ex rei ipsius natura, consistit in cujuscumque generis morbis praecavendis, nonnullae animadversiones, quae huic rei faciant, pernecessariae videntur. Publicae dispositiones, quae quotidie in subditorum bonum promulgantur, partem aliquam hujusce orationis sibi vindicant. Ex alia parte sapientissimi politiae medicae et medicinae forensis tractatus a praestantissimis viris elucubrati nihil aut parum desiderandum relinquunt. Quapropter loquar tantummodo de eo, quod regionis cujuscumque ad salubritatem conducere patem, habita ratione ad pubblicam

prosperitatam, aeris itaque, aquae, habitationum atque aesculentorum, veluti elementorum vitae et valetudini inserventium conditiones ad examen revocabo, ita tamen ut generales quasdam normas exponam, quae servandis suis optimis officiis, quibus a natura destinantur plurimum conferre possint. Quae quidem dum trepidans in praesentiarum dicere paro, quaeso vos ut virium mearum infirmitati indulgentes me vestra benevolentia prosequamini.

Salubris atmosphaerae constitutio alicujus loci adeo arcto et indissolubili nexu conjungitur cum bona ac tuta praesidiis topographia regionis ejque finitimae non minus quam cum eorum medica politia, ita ut quisquis in priorem incumbit, debeat etiam posteriorum examen necessario instituere; ex quibus mutationibus ac varietatibus, id quod praecipue intenditur, data proportione dimanat salubritas nempe atmosphaerae.

Quaelibet topographiae mutatio ad id instituta ut melior aeris conditio reddatur, veluti pars medicae politiae considerari potest. Haec enim in quadam normarum eundem finem spectantium serie consistit, ut causae in humani generis perniciem tendentes praecaveantur, et e contra salus, prosperitas ac commoda urbium, provinciarum, regnorumque quam maxime fieri potest faveantur. Latissimae patent argumenta, quae hanc scientiam respiciunt, et innumera sunt opera quae ad practicam artem constituendam requiruntur. Objectum quam maxime extendi potest, si quidem ab eo qui

hoc penitus eahaurire velit dives cognitionum supellex, ac longa experientia eapostulatur. Non est mei, ut superius monui, praedictarum saepe etiam inextricabilium rerum ingredi labyriothum, verum aliqua tantum generalia principia evolvere: hoc enim objectum quod mihi propono, nonnisi minimam medicae politiae partem efformabit.

Homines in praeseuti rerum conditione non modo alterna opera, mutuoque indigent auxilio, verum etiam ab innumeris coguntur necessitatibus, multiplici animalium varietate uti, iisque omnibus quae ad haec referuntur, tutnempe aedificiis, artibus, aliisque hujus generis. Quae quidem omnia eo spectant, ut melior hominum vita reddatur dummodo tamen ineahausti inde calamitatum, morborumque fontes non scateant.

Urbes incolis fraeqaentissimae, oppida, rara, pagique agriculturae et artibus assignati, particulares postulant curas, eoque magis quo maritimis oris lacubus torrentibus, fluviisque sunt propiora.

Aer, sine quo vitam ducere nequimus, et in quo continuo versamur, quadam coustat proportione duorum gas oxygenii et nitrogenii secundum chemiae observatus Lavoisier, Fourcroy, Chaptal, Brugnatelli aliorumqae. Primum respirationi tantum inservit, ejusque notabilem partem qnotidie absorbemus. Huic plurimae aeriformes substantiae admixtae esse possunt obmanentes vel temporariae, noaiae vel innoxiae. Aer humidus vel aridus, gravis vel levis, frigidus temperatus vel calidus esse potest, ita ut saepe numero harum varietatum modi-

ficatio a nobis minime pendeat, quae alioquin in nostro individuo magnam vim habent. Experientia rerum et observatio nobis demonstrant alterum altero magis idoneum inventum majoris obmanentis suae conditionis, et nos ad canones aliquos statuendos pro meliori delectu, et pro praestantiori ejus, quae fieri possit, bonitate deducunt.

Aer magis confert hominum necessitatibus in regionibus mediocriter elatis prae sublimioribus montibus depressisque planitiebus, ubi dulcis pariter, et aequa aeris temperies regnat. Fieri nequit ut plaga inveniatur, quae eamdem temperiei gradum usque retineat. Et hic loquimur de illo qui minoribus vicibus modumque excedentibus obnoxius est. Ex rapidis ambientis aeris mutationibus multa mala derivantur, quibus adnumerari possunt tussis ac rheumatismi qui, ut refert Tissot, plurimos homines necant quam pestis ipsa. Clarissimus Professor Hufeland speciatim observavit: » Mirabile l'uniformità delle variazioni barometriche » con quelle del corpo organico. Al momento stesso che nasce nel corpo vivente, la percezione di » sifatte variazioni dell' atmosfera si osserva ezian» dio che esse succedono nel barometro prima anco» ra che subentrino le sensibili mutazioni della stagione »(*Osservazioni sulle febbri nervose*) Etiam Clarissimus Professor Hartmann hanc praecipuam aeris vim considerat, effectusque nocentes deprehendit, loquens enim de climate haec habet. » Aliud reperi» tur clima montium, aliud vallium, aliud planorum. » In montibus altioribus ubi frigus, ventus, aer sic-

» cus dominantur, plantae aegrius vegetant, nec » hominum salus adeo tuta. Montes mediae altitu- » dinis, in quibus aer purus, oxygenio et electrico » efficax aqua mera plantarum substantia elaborata, » animalium caro praestans clima offerunt, in quo » et hominis vita alacrius viget: sed et ad morbos » hyperstenicos, inflammationes dispositio produci- » citur. Optime consultum est sanitati in planis » quidquam elatis, ubi omnia in eo conspirant, ut » vitam in medio quodam tenore conservent. Sic » et litorum maritimorum quidquam altiorum clima » salubra praedicatur, quam salubritatem in muta- » tionibus deberi videtur, quas aer a fluxu et refluxu » maris caperitur. Ast in vallibus profundis, angu- » stis montibus sylvisque undique cinctis, in quas lu- » ci aditus negatur, ubi aer stagnat, aestate fervet » per autumnum hyemem et ver nebulis obruitur, » torpet vita humana, et quae ibi degunt hominum » simulacra, mentem stupore oppressam corpus ha- » bitu rachitico, scrophuloso, cachetico, deturpa- » tum offerunt. Plane humiliora, montibus contigua » lacubus et paludibus quibus plerumque teguntur, » sanitati insidias struunt (*in Pathologia Generali*). Praeter variam atmosphaerae oxygenationem, confert etiam varium ejusdem, pondus, adeo ut aer melior sit ubi horum gas supradictorum data proportio a Chemiae Auctoribus agnita existit, tum modo aridus sit, mediae temperiei et quoad fieri potest aequabilis, admixtionum extrinsecarum, exhalationum, venenorum*. corruptionumque expers, et pondus habeat capax columnam hydrar-

gyrii altitudinis circiter octo et viginti pollicum substinendi. Si fieri nequit quod omnes terrae regiones in meliori sita et magis idoneo optime generatim constitutioni positae inveniantur, fieri tamen poterit, ut meliores aeris conditiones reddantur ita, ut magis quosdam speciales locos incolentium bono conducant. Huic rei nonnulla praecepta et aliqui usus favere possunt.

» Tatti i luoghi ed i paesi umidi sono universalmente malsani » ita opinatur Zimmermann (*Della esperienza nella Medicina*). Ex mortuoram numero demonstravit Short: « che i paesi paludosi » e mancanti di venti esterminano effettivamente » i loro abitanti, cosicchè contro l'esempio di quasi » tutte le città provinciali e di tutte le ville, nei » distretti di Lincoln, d'Essex, ed Ely, muore più » gente che non ne nasce » Medicorum sententia est paludes speciale fovere contagium, quo facillime periodici morbi, qui istis locis praevalent, ingenerantur.

Hinc obtinet princeps canon generalis pro meliori aeris conditione.

I. *Exsiccare paludes ubi sint, tutas ab humiditate vias servare, et cursum liberum praebere aquis quae stagnare possunt.* Quare Zimmermann ait « Nei » contorni di Temeswar l' aria non è oramai più » tanto cattiva dopo in quà che è disseccata una » parte delle paludi.

Etiam aer parum exagitatus, ubi libera ventilatio difficulter obtineri potest maxime vitiatur. Proccrae arbores et frondosae quae occupant latum

terrae spatium duo pariunt damna: alterum quod ventilationem impediant, alterum quod cum plerosque alios vegetabiles, herbaceos praesertim et arbusta, umbra tegant, obstant quominus ista sibi debitam oxygenii quantitatem emanant. Quare statui potest

II. *Expoliari habitationum loca eisque finitima arboribus praecelsis ac frondosis*

Consiturae oryzarum possunt quodammodo assimilari paludibus propter aquae necessitatem qua saepe indigent. In ipsis marcescunt culmi, qui decidentes augent exhalationes humidas ac nocentes ut Papiense Territorium hujusmodi plantationibus consitum probe demonstrat. Cannabis et linum sais emanationibus sunque praesertim faetenti maceratione, quae verisama putrida solutio est, secundum Fourcroy, locis habitatis plurima damna inferant. Hinc consequitur:

III. *Amovendas esse orysae consituras, nec non cannabum, linorum, eorumque macerationes.*

Inter praecipuas monitiones quas populo tradit Tissot primum locum tenet illa quae sterquilinia prope domos respicit. Ohdae exhalationes, humiditates quas servant, acidum carbonicum quod emittunt, ex quo utibtas fimorum vegetabilium, pro substantiarum solutione maximam nocendi vim habent, ut liquido patet ex physionomia cachetica eorum qui illis adjacent. Recte igitur ac prudentissime statuendum est:

IV. *In locis agriculturae assignatis amovenda esse sterquilinia a domibus, aut saltem procul a plateris et frequentioribus habitationibus.*

Aquaeductus, cloacae quam partem constituant fimorum, imo jure meritoque debita earum olidarum exhalationum proportione, eadem regula quarta comprehendentur, aut habebunt saltem exitum liberam in aquas fluentes nullius usus, quod quidem maximi est momenti, adeo ut sapientissimae latae fuerint leges, quae, huic negotio solerter invigilent.

Fabricae, ex quibus emanant factor et gas mephyticum abesse debent procul a centro pagi, tum cum reapse non possint segregari; cujusmodi sunt coriorum officinae, nec non rhomborum, candelarum, sacchari, aliaque. Hanc categoriam ingrediuntur quoque laniénae, quae longae a plateis et a celebrioribus locis semper collocandae sunt. Veteres nostri religiose et recte saue in re tanti ponderis sentiebant.

Experientia docet quot mala evenerint ex Acido carbonico, ut Petrus Toletanus, Nollet, et *Pilatre de Rozier* eorumque observatus satis confirmant. Quare adnumerandae veniant hoc loco etiam carbonis officinae. A variis namque vegetabilium naturis, quae in carbonem redigantur diversis proportionibus gas Acidum carbonicum, et gas hydrogenium emanant, quod ultimum nisi noceat directe, ut Acidum Carbonicum, nihilotamensecius aegre respirare possumus. Clarissimus I. Frank in §. CCXIV. et sequentibus Toxicologiae, propriam specialem sententiam exposuit: siquidem vellet satuere gas carbonicum praecipuas nocendi qualitates directe non habere varum tristis facta quae in cubiculis

clausis oriuntur ubi arserit carbo ab alia causa dependere. Utut penitus obfirmata sit haec ejus opinio, aliunde verissimum erit quod gas nominatum mixtionem atmospherae adulterabit, et ni directe indirecte saltem nocebit. Hinc statuatur.

V. *Arcendum a locis frequentissimis id omne quod parere potest gas mephyticum.*

Actum est de aquis stagnantibus lutulentis ac palustribus, neque hac satis. Homines et bruta animalia aqua sincera et potabili egent. Aqua pura in qua res ab ejus natura alienae vel terreae aut salinariae solutae non fuerint, rite conveniet physicis humani generis necessitatibus. Aqua optima potio esse deberet, utpote enim natura nulla fermentescit, eaque animalia minime utuntur. Demosthenes, Caesar, Andreas Tiraquello, viri illustres hanc unam bibebant. Dici potest Graecos et Romanos eam divinis honoribus prosequentos fuisse. Nec enim is sum, qui ejus apologiam texendam mihi tribuam, siquidem a pluribus exhaustum argumentum ac potissimum recentioribus hisce temporibus a Priessnitz. Cum in propatulo sit ejus puritate obviam iri remotis endemicis praedispositionibus, melior redditur sibi concoctio, nec occurrent diarrhoeae, calculi, effectus omnes, qui, ex quorumdam sententia, partim ex aquae impuritate proveniunt. Chemiae cultores quosdam statuerunt characteres ut optime distinguantur perfecta et quotidianis usibus idonea. Ex fontibus impuris innomera mala gignuntur. Missionarii Danorum, ut Zimmermann refert, eorum aquis attribuunt elephantiasis morbum, qui

pariter in Malabaria observatur inter Christianos S. Thomae. Aquae pariter tribuitur struma quae regnat quibusdam in regionibus. Bene constituta politia debet avartere haec mala etiamsi minimo in gradu, ideoque.

VI. *In locis habitatis non desint aquae purae pro hominibus non solum, verum etiam pro animalibus domesticis quorum morbi adeo afficiunt oeconomiam, et possunt. progressu temporis saluti quoque obesse.*

Humiles domus humescunt, et si destituantur latis fenestris, sicut interdum invenire est apud rusticos, includant vitiosum aerem, oxygenio carentem, et mephyticum, praebentque causam omnibus illis quos supra enumeravimus morbis. Nos ipsi incomodum magnum experimur in templis ac theatris clausis postquam multitudo aliquandiu immorata fuerit, et ubi plurima accensa fuerint lumina Idem vitium obtinet ubi plurimi incolae eamdem exiguam domum tenent. Adhuc etiam refugit mens tristissimos casus referre Hollwellii et centum ac quadraginta sex comitum in Anglia (*Zimermann* op. cit.) Quod quidem confirmat sic dicta *atra dies* eorumdem Anglorum, et huic similis casus qui contigit Taunton (*Zimmermann*) Morbi epidemici carcerum et nosocomiorum eamdem habent originem. De Quarin febrim nervosam in multis militibus, angusto cubiculo inclusis, deprehendit (*De curandis febribus et inflammationibus.*) Non est quod timemus, ne etiam in praesentiarum hi effectus funestissimi renascantur, verum ut causae etiam minime amoveantur necesse erit

VII. *Domos habere spatiosas et bene ventilatas, contubernia primo ordine a solo erecta nec humiliora, et incolis non complere sine debita proportione cubilia aliaque loca.*

In nostris viridariis una cum vegetabilibus esculentis succrescunt aliqua nocentia et venefica, quae facile cum illis confundi possunt. Huffeland sapienter vellet cognitionem plantarum veneficarum aliorumque venenorum partem constituere prioris nostrae educationis. Opus est cognoscere malum ut praecaveatur. (*L'art de prolonger la vie humaine.*)

VIII. *Extirpandas plantas veneficas, nec utendum dubiis.*

Grana communiora quibus utimur ad panes conficiendos, triticum nempe, secale, zea mays, aliquando vitiari possunt, proindeque fieri nociva; si quidem solvi possunt, fermentescere postquam collecta fuerint, pariterque nocere, aliisque malis causam praebere. Sarcon retulit luctuosos Neapoli effectus penuriae et usus grani corrupti. (*Istoria ragionata dei mali osservati in Napoli nell'intero corso dell'anno* 1764.) Zimmermann descripsit horum granorum vitia, infaustas consequentias animadvertit, suoque ingenio quo pollet depinxit proventum secalis cornuti. (*Op. cit.*). Humana perversitas aliquoties alienas res ac noxias triticeis farinis immiscet, quod maxime deplorandum inventum in annonae defectione reperitur ab aviditate scelestissimae cupiditatis. In regionibus exiguis, ubi plus frugum colligitur quam opus sit, malum quod evenire potest illud solum est ex granis corruptis, quae simul cum aliis fuerint re-

licta. Communiter in nostris arvis succrescit cum seminibus lolium temulentum, quod in farinam redactum, cum pane commiscetur, et mala quae ex hoc fonte promanant haec sunt ut opinatur Cl. I. Frank in §. cxxxi. Toxicologiae: « Sconvogliamento di stomaco, dolori del medesimo, debolezza, freddo delle membra, letargo: susurri negli orecchi, vomito, paralisi, delirio, convulsioni, spesse volte la stessa morte, ma mai però repentina. »

IX. *Grana pro panis confectione sint optima ac bene matura, sine mixtione aliarum substantiarum quae illum valeant corrumpere.*

Chaptal in tractatu de vinis Cap. VIII. ait: « È divenuto il vino la bevanda più ordinaria dell'uomo, ed è nel tempo stesso la più variata. In tutti i climi si riconosce il vino, e sì possente è l'allettamento per questo liquore, che franger si vede ciascun giorno quella legge colla quale Maometto lo proibì ai suoi seguaci. » Variae sunt vini qualitates pro plagarum diversitate et soli. Ut enim nihil loquar de vini intemperantia, qua viri caeteroquin spectabiles, facultates morales, viresque physicas saepe numero ammittant, illud dicam de vino quod nempe variis alterationibus obnoxium sit, quibus ejus potoribus nocere solet. Commiscetur enim saepe cum calce, gypso, cerusa, saccharo saturni, lithargirio speciatim, quae eveniunt plus minusve totidem causae vitiorum in organismo. Nec desunt in medica historia hujus sceleris tristia exempla quod confirmant pariter variis temporibus a civili Auctoritate statuta pecularia. Quare.

X. *Vinum diversoriorum, cauponarum et tabernarum examinetur ab aliquo intelligenti viro ad hoc deputato, qui venditionem vetet quoties alienae permixtione vel corruptione quomodocumque vitietur deprehenderit.*

Ex laniorum officina multa prodire possunt mala. Caro animalium incolumium sit nec adeo senum, multo minus aegrotantium si regnent epidemiae. » Tutti sanno, ait Benini in opere *dei mezzi idonei* » *onde render salubre l'aria di una città*, rapporto i ma» celli che le molecole animali che scapano incessan» temente dalle vittime di continuo immolate, non » so se io abbia a dire alla nostra sussistenza, o alla » nostra ingordigia, insinuansi nei corpi vivi pei pori » assorbenti e pei polmoni, e cagionar vi possono quei » danni che ci vengono indicati dalle malattie alle » quali vanno soggetti i macellai, come sono le atro» ci doglie di capo, le emorragie, le soffocazioni, e » le stesse apoplessie. Allora poi che le sordide e ne» gliette parti delle vittime stesse, e specialmente » in tempo di state infracidiscono, allora l'esalazio» zioni, mediante una rea fermentazione, crescono di » malvagità, e di estensione, e produr possono od » accrescere almeno l'attività dei putridi e maligni ed » epidemici morbi.» Ac propterea politia bene constituta omnia haec mala avertere debet, proindeque.

XI. *Laniaria absint a centro, neque in illis necentur animalia nisi ex licentia qui huic negotio praefectus est.*

Invigilant providae leges a nostro Excelso Gubernio latae circa sepulcra, modumque tumulandi

cadavera, et prohibitionem sepeliendi in Ecclesiis. Nec multum temporis praecessit ex quo ad praecavenda mala supraenunciata Notificatio emanata est die 28 Octobris anno 1838 ex Veneto Gubernio, referens Edictum Cancellariae Aulicae N. 20347-1550, ad quam remitto lectores qui hoc argumentum melius introspicere desiderant.

Eximius saeculi praeteriti philanthropus, unus ex illis philosophis quos natura nisi raro gignere solet, nimirum *Beccaria*, excogitavit » che nelle « domestiche mura sta gran parte della felicità e » della miseria degli uomini » (*Dei Delitti e delle pene* §. XXXIX. *dello spirito di Famiglia*). Cui quidem justae propositioni adjungo, quod hoc sit verissimum etiam habita ratione ad salutem individualem singulorum ex quibus quaecumque familia constat. Ejus hominis immaginationi, qui expers omnibus passionibus prospera valetudine gaudet, cuncta blande arrident; e contra omnia madent felle in aegrotis qui vitam dolore, anxietate, hipocondria plenam aegerrime trahunt, licet voluptatibus, divitiis, commodis quot quot natura preabere potest, plenissime abundent, nec quae visu pulcherrima sunt, possunt ei unquam esse oblectamenti. Quaecumque mora prae vitae brevitate esset culpabilis. Eja ergo agite: quod si quidquam meis admonitionibus adjuvero ad opus aliquod utile suscipiendum, mihi satisfaciam, et exclamare potero cum Servan.

» L'humanité est un sixième sens ! »

THESES.

I.

Non post rationem medicina est inventa sed post inventam medicinam ratio est quaesita (Celsus.)

II.

Animi non secus ac corporis varietates a temperamento saepe pendent.

III.

Delirium melancholicum ab hepatis et systematis gastrici affectione ortum saepissime ducit.

IV.

Fiducia aegrotantis in medicum magnam therapiae paginam absolvit.

V.

Clorosis nullibi felicius quam in institutis Clinicis curatur.

VI.

Peculiaris educatio peculiares morbos tum parere tum adaugere potest.

VII.

Crebra aeris caelique mutatio in nervosis praecipue morbis utiliter cedit.

VIII.

Morbi stricto sensu imaginarii non dantur.

IX.

Et juvenis bonus medicus esse potest.

X.

Teterrimus morborum fons, ingens morborum medicamentum est animus.

XI.

Quo rudior populus eo minus eget medico.

XII.

Ubi non est mulier, ibi ingemiscit aeger.